



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculum Monasticum**

In Quo Totius Religiosæ disciplinæ Casus, Regulæ & difficultates clarè videntur, breviter explicantur & resolvuntur Canone, rationibus & Patrum auctoritatibus

**Philippus <a Domina Nostra Septem Dolorum>**

**Augustæ Vindelicorum, 1688**

Cap. XXXIII. De irregularitate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40761**

**CAPUT XXXIII.***De irregularitate.***S U M M A R I U M.**

- I. Irregularitas quid sit, & quomodo differt à censuris.
- II. Irregularitas quotuplex, ejusque causæ.
- III. Irregularitatis effectus.
- IV. Irregularitatis species ex defectu animæ.
- V. Irregularitas ex defectu scientie & fidei, & quomodo tollatur.
- VI. Irregularitas ex defectu corporis.
- VII. Irregularitas ex defectu natalium & etatis.
- VIII. Irregularitas ex defectu libertatis & quomodo tollatur.
- IX. Irregularitas ex defectu Sacramentorum & bigamia, & quomodo tollitur & dispensetur.
- X. Irregularitas ex homicidio vel matrilatione.

XI. 15.

- III. Irregularitas ex delicto reiterationis Baptismi.
- III. Irregularitas ex delicto Ordinum.
- XIII. Irregularitas ex delicto exercitij Ordinis, quem quis non habet, & quomodo tollitur.
- XIV. Irregularitas ex delicto infidelitatis vel heres, & quomodo tollatur.
- XV. Irregularitas ex delicto homicidij quenam sit.

**I**RREGULARITAS est impedimentum Canonicum directe impediens susceptionem Ordinum Ecclesiasticorum, & eorum usum: dicitur impedimentum, quia est quædam moralis inhabilitas, & ineptitudo ad Ordines; dicitur Canonicum, ad denotandum, non esse jure divino, aut civili, sed solum canonicum introductum; dicitur directe, ut distinguatur ab excommunicatione, quæ non privat predictis, nisi quatenus sunt quædam excommunications; à suspensione, quæ solum privat directe usu Ordinum, & ab interdicto, quod non semper impedit usum Ordinum, irregulariter vero semper.

II. Duplex est irregularitas, alia enim procedit ex delicto, alia ex defectu, & est tantum à jure, non autem ab homine, quia semper debet esse in jure expressa, & aliter non incurritur. Causae autem irregularitatis sunt: finalis reverentia Sacramentorum ordinis, seu functionis ipsorum; causa vero efficiens est solum jus canonum. *Cap. is qui citato*, sine quo nulla est irregularitas: Causa materialis remota seu subjectiva est omnis ille, qui est capax Ordinis; & id omnes viri, tam clerici, quam laici, modos fit baptizati, capaces sunt irregularitatis, non vero foeminæ, quæ et si sint baptizatae, non sunt Ordinis capaces, *Bonacina sup. punct. 2. num. 8. ac. Summus Pontifex*, quia non est subjectus iuri canonico, sed est supra ipsum, & ideo nullius irregularitatis est capax; Causa autem materialis proxima illius scilicet, quæ oritur ex delicto, et actus peccaminosus mortalis externus & consummatus, nisi obstet ignorantia, quæ excusat, quæ ignorantia non habet locum in irregularitate, quæ incurritur ex defectu. Pro causa tandem formalis requiruntur solum ea verba, quibus intelligi possit irregularitas, vel ejus effectus ex antecedentibus, vel consequentibus, *Suarez de tat. sup. sect. 8. Lezana verbo irregularitas, n. 4.*

III Effectus irregularitatis primus & principalis est, impedire receptionem Ordinum. *Cap. curandum, & cap. si cuius uxorem dist. 34. & cap. ultimo, de tempor. ordinat.* Hoc vero impedimentum

im pro-  
antum à ju-  
r debet esse  
ur. Causa  
reverenti-  
onis ipso-  
us canonis  
est irreg-  
modificatio-  
, non ver-  
sunt Ord.  
um. s. m.  
is; & id  
objectus pri-  
nullius.  
materialis  
delicto; et  
us & con-  
æ excusa  
irregulari-  
caula tan-  
ba, quibus  
effectus er-  
Suarez, de  
itas, n. 4.  
& principe  
num. Cap.  
34. & 35.  
o impedi-  
mentum

non est tale, quod irritet Ordinem suum; Ecclesia enim non potest impedire quem jure divino habet Sacramentum, ut tale, quod propter illud graviter mortali peccet irregularis suscipiendo Sacramen-  
Suarez sup. scđt. 2. consequenter, licet per Ordinis susceptionem characterem reci-  
& non gratiam, non propterea incurrit no-  
naregularitatem, cum talis non sit in jure ex-  
plici. Secundus effectus irregularitatis est im-  
petore usum Ordinum jam susceptorum; licet  
curans, et si peccet mortaliter, novam non in-  
currit irregularitatem. Tertius effectus irre-  
gularitatis est, facere hominem incapacem be-  
neficiorum Ecclesiastici, ita, ut collatio illi facta, sit  
nulla & irrita, nec fructus beneficij possit perci-  
pere. Nota tamen, quod irregularitas super-  
veniens non privat beneficio ante obtento,  
cum nullus textus hoc suadet; potest tamen per  
concentiam privari, *juxta cap. ex litteris, de excessu  
Prælatorum.* Imo debet illud sponte resi-  
stere, si brevi tempore dispensatio impetranda  
possit, & beneficium requirat officium, cui be-  
neficiarius per se ipsum satis facere debeat, bene-  
ficium namq; datur propter officium, *cap. ultimo  
scriptis in 6. Layman. lib. 1. tr. 5. part. 5.  
1. n. 2.* Nota etiam, quod secundum mul-  
cipud Suarez cit. sup. scđt. 1. n. 29. disp. 40.  
factio facta irregulari est quidem illicita &  
canones, non tamen ipso jure irrita, sed  
per

per sententiam infirmando; quia nulla collatio beneficij censetur irrita ipso facto sine jure espresso, arg. cap. si soli de concess. preb. in q. h. Secundum autem nullum jus expressum afferri potest. Quartus effectus irregularitatis reddit subjectum non solum incapacax jurisdictionis ordinariae, quia jurisdictionis sit, ut etio ordinaria solum datur propter beneficium officium, aut titulum spiritualem ordinatum. functiones Ordinis, quarum incapax est imilaris, Bonacini. sup. de censuris diss. 1. q. 2. p. 1. num. 12. Non est tamen incapax jurisdictionis delegatae, cum ista non fundetur in officio aut titulo spirituali, nec dirigatur ad exercitium Ordinum, sed tantum ad quasdam functions ad forum externum pertinentes, ut procello formare, judicare, informare, commissarios etc & is hujusmodi, Layman. sup. num. 2. Laut. cit. num. 5, & 6.

IV. Irregularitatis ex defectu multa sunt species, quarum prima solet vocari ex defectu animae. Triplex est autem animae defectus, regularitatem inducens, scilicet: defectus, rationis,

V. Defectus scientiæ seu litterarum, & defectus fidei respectu illius, qui recenter ad fidem est conversus, qui & Neophitus vocatur. Prima est indispensabilis, quia usu rationis carentes sunt omnino iuhabiles, prout irregulares iure divino, pontificio, & naturali, nec ullus etiam Papa dispensat, nec tollitur per baptismum, aut

nulla collationem causam, sed per solam cœsto sine pœnem causæ, ut si certò adveniat usus ratio-  
nab. in s. hi Secunda, de defectu litterarum possunt  
ferri potest penitentia Prælati regulares cum suis subditis,  
lit subjecti non sint penitus ignari: quia, si talis de-  
quia junctus sit, ut quis ignoret necessaria ad usum,  
beneficium solum inducit inhabitatem ad Ordines  
ordinatus accipiendo, sed etiam ad usum susceptorum.  
ax est impo-  
sitione enim requiritur pro singulis Ordinibus  
commissariens. Cap. illiteratos dist. 36. & Concil. Trid.  
jurisdictio. In cap. 2. & sess. 23. cap. 4. num. 13, & 14.  
tur in effuso talis ignorantia tollitur, seu dispensatur à  
d exercitu  
n functionis  
ut procella  
missarios effe  
fectus illus  
rum, & defec  
ter ad fidem  
at. Prima  
nis carentes  
gulares par  
cullus etiam  
tissimum, aut  
per  
nullam non sit subjectum capax Ordinis, & conse  
quenter non dicitur irregularis, sed intelligitur  
ri ex defectu Neophyti, qui in adulta ætate ad fidem con  
fessus sunt ex Judaismo aut Mahometismo, sunt  
omni irregularis, donec per aliquam temporis  
etiam bene instructi fuerint in fide, & pro  
prio non sunt irregularis, cap. eam te, de rescript.  
villetur autem hæc, non solum per causæ cessa  
tionem, sed & per dispensationem Papæ, vel al  
lius potestatem habentis; non autem per  
professionem aut professionem. Lezan. sup. n. 11.  
VI. Secunda irregularitatis species, quæ est  
defectu corporis, oritur ex multiplici causa  
vitio.

vitiorum corporis, scilicet cæcitate vel carentia visus, oculi sinistri, qui dicitur Canonicalis, in ut non possit commodè legi per oculum de trum Canon Missæ sine indecora faciei coniunctione, vel ex nodo in lingua, ita ut verba integræ proferri non possint, vel ex surditate totali aut carentia brachij, vel manus, aut indicis, aut pollicis, aut ex alia corporis deformitate, n vitio horrorem gignente, vel amentia, phrenesi, morbo caduco, lepra, aurium abscessione quæ celari non potest, parvitate statuta, vobisitate nimis difformi, aliisque similibus defectibus, ut vinum gustare non potentibus, constat *ex distincto*. 55. & titul. de corpor. titul. & titul. de cler. egrot. Isti autem defectus, a vitia provenire possunt ex triplici causa, naturali, accidentalì & libera; naturali, ut si quis nascitur cæcus, hermaphroditus, æqualis in utro que sexu, perpetuò amens aut paraliticus, & alij similes non valentes exercere Ordines; & iiii sunt indispensabiles, quamdui durat impedimentum; accidentalì, ut si quis fiat excus ex infirmitate, & libera, ut si quis sibi amputet virili quavis de causa, sive ex facto proprio sive alieno, ut si quis nasum aut digitum amputet ex qua tuor, & tunc ex facto proprio inducitur irregularitas, si adest culpa, non autem, si contingit sine culpa: etiam in facto alieno, ut si medicus resecet membrum ob sanitatem recuperandam, & isti omnes possunt dispensari, etiam, si possunt dispensari.

penitentem vitia remaneant in corpore, v.g.  
cæteris, ita  
membro patent vel occulto sine culpa, positi-  
tamen, ut diximus, quod non gignent nota-  
mam indecentiam, horrorem aut scandalum.

*Bardonius resolutione 11. q. 3. n. 7. & seqq.*

VII. Tertia irregularitatis species, quæ pro-  
mptu defectu natalium, satis explicata vide-  
tur in capite præced. de illigetimis, & ideo ad  
quarum,

VIII. Quarta igitur species irregularitatis,  
qui occurit ex defectu ætatis, non perpetuò con-  
stituunt hominem incapacem Ordinum, sed tan-  
ta intratale tempus, respectu talis & talis Or-  
dinis prefixum; unde assolutus legitimam æta-  
tem non eget amplius dispensatione, eo, quod  
non sit amplius irregularis, & potest suscipere &  
admittere Ordinem susceptum. Dispensare vero  
autem Religiosus promoveatur ad Ordines,  
maiores, quam minores, ante legitimam  
a Tridentino præscriptam, nullus Præla-  
tus, etiam Generalis, sed solus Papa, cap.  
de temp. ordin. in 6. *Glossa in Clement. gene-*  
*rali de state Trid. Concil. cap. 12. sessione 23.* non  
concedebat quibusvis privilegiis penitus ad hoc  
ordinis, etiam concessis post Concilium, quia  
derogaverunt moderni Pontifices. Quinta  
species irregularitatis, quæ provenit ex defectu  
ætatis, non datur apud Religiosos professos,  
no ipso, quod sunt legitimè professi, acqui-  
sierunt

sierunt libertatem, ac proinde sunt immunes ab irregularitate, & non indigent dispensationem; si vero sunt sub potestate domini, non possunt promoveri. *Cap. nulli. cap. quicunque cap. de servorum dist. 54. & toto titul. de servis non ordinatis.* quia per servitutem obscuraretur dignitas sacerdotalis: Tum, quia cum servi non sunt juris sui, sed dominorum, non possent addi Ecclesiae obsequiis domino inservire. Si vero servus ordinatur consentiente domino libera manet. *cap. si servus. 2. dist. 14.* Si vero ab eo domini consensu in minoribus ordinatur, servus remanet, secus, si in majoribus, tunc enim acquirit libertatem, solvendo domino premium, vel dando illi alium servum in sui locum, alioquin adhuc inservire compellitur in his rebus, quae non dedecent statum clericalem. *Episcopus* vero, qui servum domino contradicente ordinat, non solum mortaliter peccat propter damnum ipsi illatum, sed & tenet ad restitutionem duplicati pretii. *Cap. si servus absente domino.* Hæc autem irregularitas colligeretur servitute. *Cap. nulli. dist. 54. & cap. i. de servis non ordinandis.* Tollitur etiam solius papalum dispensatione, & non Episcopi, eo, quod punitur ordinans servum, ut diximus. Perhapsum vero in multis locis non tollitur, quia baptizatus remanet adhuc servus: Aliter dicendum de valida professione, quia non remanet amplius sub potestate domini, sed religionis.

IX. Sexta

covenit ex c

jamas. S

plex bigam

ocet, &amp; a qu

us propriet

te est divisio

nus cum un

atum triplex

cada, ficta se

moria. Ve

do matrimo

ne interpreta

tus ita ma

terpretative c

placi modo:

rimonia, sive

vives, sive po

logia. II

tempa ab alio o

mali, sive for

rmatandum, di

virgo, quando

quam consti

tutus, cap. j

rimonium.

matrimonio l

a his enim c

tius cum plu

canem divisi

Pars II.

IX. Sexta species irregularitatis ex defectu  
covenit ex defectu Sacramenti, quando quis est  
gimus. Sciendum est igitur, quid sit, & quo-  
d' ex bigamia, & quomodo irregularitatem in-  
ducit, & a quo dispensetur. Dico ergo, biga-  
mias proprie ille est, qui duas habuit uxores, quia  
ille est divisio carnis, cum non sit conjunctio  
cum una, sed unius cum pluribus. Est  
autem triplex, scilicet prima realis & vera; Se-  
unda, ficta seu interpretativa, & tertia similitu-  
dinea. Vera illa est, quando quis contraxit  
duo matrimonia, & consummatum validè: ficta  
seu interpretativa, quando quis revera non con-  
sumit duo matrimonia, sed juris fictione, aut in-  
terpretative censetur contraxisse, quod fit tri-  
plici modo: I. Quando quis consumit duo ma-  
trimonia, sive simul, sive successivè, quorum, sive  
unius, sive posterius, est nullum. Cap. nuper. de  
bigamia. II. Quando quis consumit cum cor-  
upta ab alio quam à se, sive ex copula matrimo-  
niali, sive fornicaria. Cap. maritum, dist. 33. cap.  
corandum, dist. 34. & hoc procedit, licet esset  
virgo, quando contraxit matrimonium, & an-  
tiquum consummaret, cognita fuit ab alio. Cap.  
de virginibus. cap. si laici, dist. 34. immo est nullum ma-  
trimonium. III. Quando quis consumit duo  
matrimonia licet ambo nulla. Cap. nuper. sup. cit.  
in his enim omnibus casibus est divisio carnis  
cum pluribus, vel cum una, quæcum aliis  
cum divisi, si non ex duplice matrimonio

h

vero,

vero, saltem interpretativo : Similitudinā consistit in eo, quando quis in sacris constitutus, vel in religione professus contrahit, & consumat matrimonium. *Cap. quotquot. cap. monacho 27. q. 1. cap. final. de bigamia.* Ratio est, quia, cum per votum sit conjunctus cum Christo seu Ecclesia, conjungens se mediante matrimonio attenuato cum fœmina etiam virgine, dicitur bigamus, quia hoc matrimonium similitudinem habet ad interpretativum. Omnes igitur bigamus prima scilicet, & secunda, imo, & tertia, sive reducatur ad interpretativam, sive non reducat, irregularitatem inducunt, & hoc probant ex variis authoribus antiquiores DD. *Bacconius in dist. 25. art. 3. Michael Bononia etiam in 4. dist. 25. q. 4. Suarez de censuris, dist. 49. per totum. Toletus in Summ. lib. 1. cap. 66, & 67. Lexus verbo bigamus, num. 2.* & redditur irregularitate hominem religiosum ad promotionem Ordinum, & ad exercitium eorum, & ad pralaturem & dignitates. *Concil. Trident. sess. 23. cap. 17. Bonacina. q. 2. de irregularitate part. 5. n. 3.*

Prælati majores regularium possunt diffensare ad Ordines minores bigamos quoad promotionem & exercitium; item ad pralaturem & dignitates, in bigamia vera, & interpretativa, sed non ad Ordines majores, nisi in similitudinaria ex privilegio, & quia à jure communī hæc facultas conceditur Episcopis. *Gloss. verb. diffensare cap. 2. de bigamis. Rodericus tom. 1. q. 24. art. 1.*

*pt. 2. Bordonus part. 1. resol. de dispensat. super  
regularitate resolutione 11. quidquid dicant alij  
contrarium. Possunt enim regularium Prä-  
fati cum sibi subditis dispensare in omnibus, in  
quibus possunt Episcopi cum sibi subditis, eo,  
quod habeant jurisdictionem quasi Episcopa-  
lam. Rodericus tom. 1. qq. regul. q. 42. art. 2.*

Papa dispensat in quacunq; bigamia, quia ipse  
et supra totum jus positivum, & ita omnes DD.  
Episcopi non dispensant in bigamia reali, aut  
interpretativa ad sacros Ordines suscipiendos,  
aut ad usum receptorum. *Cap. super eo de biga-  
mia. Concil. Trid. sess. 24. cap. 6.* In bigamia ve-  
to similitudinaria possunt Episcopi dispensare  
cum eo, qui contraxit cum virgine. *Cap. 1. qui  
eristi, vel voventes.*

Nota tamen, contra Rodericum non posse  
Prælatos regulares cum suis subditis dispensare,  
nam in bigamia vera quoad Ordines minores,  
et quod non sit verum, id posse Episcopos se-  
cundum multorum opinionem, ergo nec reli-  
gionum Prælatos.

Non tollitur per baptismum irregularitas bimaculata, quo illum suscipiens duas contraxisit baptias, quia per baptismum non tolluntur, nisi peccatum & poenae debita pro peccatis quod ad Deum; ergo non tollitur defectus significacionis conjunctionis Christi cum Ecclesia, quem occurrit ille, qui duo contraxit matrimonia, sed irregularitas fundatur in hoc defectu, ergo non

h 2

tol-

tollitur per baptismum. Neq; tollitur per professionem in religione approbata; et si enim irregularitas ex defectu natalium tollitur per professionem, non est tamen fundamentum, quod irregularitas ipsa bigamiae tollatur per dictam professionem, sive jure communi, sive ex privilegio religionis; quod si sit aliquod hujusmodi privilegium, quæstio est de facto, & illud scire debent religionum Prælati.

Clerici bigamiam contrahentes, non solum sunt irregulares sed poenias incurront, scilicet denudantur omni privilegio clericali, coercitioni fori secularis sunt addicti, & ipsis sub anathemate prohibetur tonsuram & habitum clericalem deferre. *Cap. altercationis, de bigamis, in 6.* Qnod est intelligendum de Clericis in minoribus constitutis, non de illis, qui sunt in sacris. Religiosus verò factus bigamus bigamia reali, vel interpretativa, est reducendus ad statum laicorum seu conversorum professorum. *Cap. quis clericus, dist. 84.*

Bigamus non dispensatus in irregularitate, non debet admitti ad habitum religionis, nisi ad statum conversorum, cum sit inhabilis ad sacra. Ordines & per consequens ad prælatias.

Ex his colligitur *I.* quod contrahens plera matrimonia rata & ea non consummans non fit irregularis. *II.* Quod rem habens cum pluribus feminis extra matrimonium non est irregularis. *III.* Quod non sufficit copula nefanda. *IV.* Quod

er pro-  
enim ir-  
perpro-  
, quod  
diction  
ex privi-  
jusmodi  
ad scire  
n soldi  
scilicet  
coēcō-  
sub ana-  
m cleri-  
nis, in s.  
minori-  
in sacri-  
ia reali-  
tum laic  
Cap. quā-  
laritate,  
s, nill ad  
d sacro-  
is plura-  
s non fer-  
m plura-  
irregula-  
efanda-  
Quod

V. Quod laicus, qui contraxit cum Moniali, vel  
la, qua votum castitatis solemne emisit, non  
impoterea est irregularis, quia talis irregularitas  
non est expressa in jure. *Leyana verbo bigamus,*  
*ann. 3. Bonacina de censuris, disp. 7. q. 2. punct. 5.*  
*ann. 2. & 9.*

X. Septima species irregularitatis ex defectu  
incurrit propter homicidium, seu mutilatio-  
nen, vel cooperationem ad ipsam, estq; duplex;  
una dicitur ex defectu lenitatis aut mansuetu-  
tis causata ab homicidio licto, seu justè facto,  
et non peccaminoso. Alia dicitur ex delicto  
homicidij, seu mutilationis voluntariæ, de qua  
infra. Ut autem ex utraq; inducatur irregulari-  
tas, necesse est, ut occidens seu mutilans, seu  
cooperans, sit baptizatus. *Cap. si quis viduam..*  
*dis. 50. & cap. 1. & cap. si quis 4. dis. 51.* Item  
requiritur, ut sit doli capax. *Clement. si furiosus*  
*de homicidio*, quia actus, irregularitatem indu-  
cens, debet esse humanus, ac per consequens eli-  
ctus a doli capace. *Bonacina sup. q. 4. punct. 1.*  
*ann. 2.* Item requiritur ut cooperatio ad mor-  
tem aut mutilationem non sit multum remota  
superaccidens. *Cap. tua nos de homicidio.* quia,  
qui ex officio vendit funem aut gladium, quo  
vis necatur, non est irregularis, nisi vendat de-  
terminatè ad hunc effectum & talem. *Layman.*  
*3. de justitia tract. 3. part. 3. cap. 7. num. 2.*  
requiritur etiam, ut mors vel mutilatio re ipsa  
appatur; intentio enim non inducit irregulari-  
tatem,

h 3

tatem,



tatem, requiritur insuper, ut talis mutilatio  
hominis vivi, quia jura loquuntur de vero ho-  
mene, mortuus autem non est homo verus, suffi-  
ciet tamen si sit infidelis.

Ex his infertur: quemlibet Judicem Papa in-  
feriore sententiam mortis vel mutilationis fe-  
rentem esse irregularē; non sunt tamen irregu-  
lare Principes vel domini, qui officium talis  
Judici dederunt ex cap. ultimo ne Clerici vel Mo-  
nachi, in 6. Layman. sup. n. 4. Idem dicitur de  
Episcopis, Abbatibus & Prælatis regularibus, qui  
ratione jurisdictionis temporalis, quam habent,  
creant tales Judices, etiam si illos creent pro calo  
particulari, vel eis dicant in genere, quod iuili-  
tiam faciant; & addit Layman. posse prefatos  
Ecclesiasticos sententiam mortis graviorem  
mutare in aliam etiam mortis leviorem, ut pars  
supplicij minuatur, & mitius patiens mortem pa-  
tiatur, est enim actus misericordia, & non seve-  
ritatis.

Absolutio vero hujus irregularitatis ad Papam  
jure communi pertinet, quia nulli in jure com-  
mittitur, nisi illi, neq; competit Episcopo iuxta  
Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformati.  
quia ibi est solum sermo de irregularitatibus ex  
delicto.

XI. Loquendum nunc de irregularitatibus  
**ex delicto** provenientibus, & quidem de prima,  
quæ oritur ex delicto reiterationis baptismi sci-  
enter factæ, sive ex parte baptizantis, sive ex  
parte

ilatio fr  
vero ho  
us, suffi  
Papa in  
ionis fe  
nen int  
cium tal  
vel Ma  
icitur de  
ribus, qui  
habent  
pro cali  
od judici  
prafatos  
raviorem  
, ut par  
ortem po  
non seve  
ad Papam  
ure con  
opo juxta  
rmatione  
catibus et  
aritatis  
de prima  
tilmisi  
, sive ex  
parte

erte baptizati, & non in aliis sacramentis. Igi  
n qui scienter bis, aut pluries baptismum fu  
erit, sive iteratio sit publica, sive occulta, sit ir  
regularis, non tamen simpliciter, sed ex parte,  
quatenus prohibetur promoveri ad maiores Or  
dines. Cap. qui in qualibet 1. q. 7. cap. Aphros.  
dp. 33. cap. eos qui cap. qui bis de consecr. dist. 4.  
C. ne sanctum baptismma reiteretur, & cap. ex  
laurum de apost. Bonac. q. 3. de irregularitate  
dist. 3. n. 7. §. circa.

Dixi *scienter*, quia, si quis in infantia, somno,  
in ebrietate rebaptizetur non fit irregularis ob  
detrectum usus rationis: si quis etiam bona fide  
potest non rebaptizare vel rebaptizari, non in  
sumit irregularitatem, ignorantia enim excusat  
i peccato, & ab irregularitate ab illo orta.

Metus cadens in constantem virum non excu  
lit a peccato, proinde neq; ab irregularitate in  
hoc, quia coactus potest fingere baptismum non  
habendo intentionem reiterandi; at nemo po  
nit cogere intentionem alicujus. Bonac. sup.

Baptizans sub conditione, si quis non est ba  
ptizatus, non incurrit, quia non dicitur iteratio  
baptismi, quamvis postea constet de priori ba  
ptismo valido: Scienter baptismum recipiens  
ab heretico, extra casum necessitatis, incurrit ir  
regularitatem. Cap. qui in qualibet 1. q. 7. cap.  
sanctum est, in fine 1. q. 1. nisi ignorantia in adul  
tu, aut infantilis aetas excuset, cap. placuit. cap.  
qui apud, 1. q. 4.

Prælatus regularis, etiam localis, potest dispendare in hujusmodi irregularitate, tam ad ordinates, quam ad dignitates, non solum quando delictum & irregularitas sunt occulta, sed & quando res est publica, sicut possunt Episcopi Trident. Concilium sess. 24. cap. 6. Bordon. resolm. X. q. 1. §. 4. & resolut. XI. q. 1. & q. 8.

XII. Secunda species irregularitatis ex dicto illa est, quæ incurrit propter in debitam Ordinum susceptionem, vel eorum exercitium, & ideo cum sint varij modi eam incurriendi.

Nota I. ligatum majori excommunicatione, Ordines sacros recipiendo, effici irregularem, estq; opinio valde probabilis. Cap. de eo qui furtive Ordines suscepit, & cap. cum illorum, de sent. excom. Sylvester verbo irregularitas, n. 4. Oppositum tamen videtur probatilius, quia hac non est in jure expressa, & textus videtur tantum explicari de suspensione. Bonacina diss. 7. q. 3. punct. 4. n. 1. Hurtadus diss. 2. de censuris difficult. 1. num. 3. licet recipiens quoscunq; Ordines, sive sit excommunicatus, sive suspensus aut interdictus, peccet mortaliter. Lezana verbo irregularitas n. 47.

Nota II. quod ille fit irregularis, qui eodem die recipit, v. g. subdiaconatum cum altero saltem minore vel duos sacros. Cap. 2. & 3. de eo qui furtive, ord. suscip. & cap. litteras de iunct. ordinat.

Dc

Doctores tima doctores tamen asserunt & probabilius ad  
ta textus remanere tantum suspensum, cum  
non exprimatur irregularitas. *Suarez* di-  
c. 31. n. 40. & 41. & *Layman*. lib. 5. tract. 9.  
n. 10. n. 20. juxta declarationem sacrae Con-  
gregationis, quam referunt.

Nota III. irregulararem suscipientem Ordines  
non incurrere novam irregularitatem. *Suar.*  
n. 42. sent. 3. n. 2; & 3.

Nota IV. Recipientem Ordines, non suscepto  
documento Confirmationis, non contrahere ir-  
regularitatem, quia hoc nullo textu probatur;  
no excusat à peccato mortali; si hoc non fe-  
cerit contemptu: ita *Navarr.* *Avila* & *Nal-*  
*curvobis ordo*, n. 8. *Henriquez de irregul.* cap. 6.  
n. 3.

Nota V. Recipientem furtivè, id est non vo-  
luntate, neq; approbatum ab Episcopo, seu alte-  
rum examine, incurrere irregularitatem. *Cap. 1.*  
*Ultimum*, de eo qui furtivè. Quia verò in dicto  
capite fit solum mentio de Diacono, & de illo  
sane, quod non possit ascendere ad sacerdo-  
tialine dispensatione, quod indicat irregula-  
ritatem; & in cap. ultimo sit sermo de omnibus  
generaliter, dicaturq; sic ordinatos non posse  
mittrare, ideo fortasse suscipiens diaconatum  
cum erit irregularis, alij verò alios Ordines su-  
cipientes solum suspensi erunt. *Bonacina de*  
*foris citatus*, punct. 3. n. 6.

Nota VI. Conjugatum recipientem Ordinem acrum esse irregularem. *extravag.* *Antique certationi. cap. unico. titul. 6. de voto.* etiam matrimonio nondum consummato, præterquam in casibus à jure expressis; ut tamen hæc incurrit irregularitas, requiritur dolus seu scientia, quia sextus loquitur tantum de præsumptibus, ne etiam procedit, si matrimonium fuit irriterum. Tollitur autem hæc irregularitas, non solum ab Papa, sed & post solutum matrimonium ab Episcopo diocesano, si taliter promotus proficitur in aliqua religione, ut in dicta *extra*, *supra*.

Nota VII. Exercentes Ordinem sacram tempore censuræ, vel excommunicatione majori, suspensi vel interdicti, etiam tolerati seu occulti solemniter ex officio, fiunt irregulares, nisi non excusat inadvertentia, ignorantia vel necesse ratione scandali vitandi. *Cap. si quis Episcopu* *Concil. 11. q. 3. & cap. is cui de sentent. excom. s.* Tollitur verò hæc non solum ab Episcopis, sed & à religionum Prælatis.

Nota VIII. Recipientem Ordines sacros ab Episcopo, qui renunciavit, aut ab alieno, sine intentione proprij, aut ante ætatem legitimam, incurrit irregularitatem. *Cap. 1. de ordinand. ap. Episcopo.* De his verò qui ante ætatem intendit, si in his ministrare præsumperint, aliqui remanent tantum suspensi, ita *Pius II. in bull. inter* *cum ex sacrorum ann. 1461. tom. 1. bullarij inter* *ful.*

